

VII.

Nogle Brudstykker, Nordens Historie vedkommende, af Kilian Leibs Krønike.

Ved Professor Dr. L. Daae.

Den Chronist, af hvem her meddeles nogle Fragmenter, var paa Reformationstiden Prior i det sydtyske Kloster Rebendorf, i Nærheden af Eichstädt. Han hørte til de ivrige Modstandere af Reformationen og deltog jevnlig i Katholikernes Polemik mod denne¹⁾. Derhos forfattede han ogsaa en Krønike, hvis første Afsnit, der gaar til 1523, forlængst er trykt i Friherre v. Aretins Beiträge zur Gesch. u. Literatur,

¹⁾ Hans i Haandskrift efterladte Værk minder i flere Henseender om Povl Helgesen Skibykrønike. Det er ligesaa underholdende at læse og ligesaa galdebittert mod Luther og Lutheranerne. H. F. R.

B. VII—VIII. Ved at undersøge disse Bind finder jeg, at denne Del af Krøniken ikke indeholder Noget, der angaar Norden. Senere har imidlertid den berømte katholske Theolog J. J. I. v. Döllinger i det 1863 udkomne andet Bind af hans høist værdifulde »Beiträge zur politischen, kirchlichen u. Cultur - Geschichte der sechs letzten Jahrhunderte«, S. 445—611, afsluttet Meddelelsen af Leibs Krønike. Her behandles paa nogle Steder Nordens Historie. Disse Steder har jeg nedenfor afskrevet. Jeg har ikke kunnet see, at de nogensinde ere bemærkede eller benyttede af danske og norske Historikere. Mærkelig er den saare fremtrædende Plads, som Hr. Tyge Krabbe her har faaet i Fremstillingen. I denne Henseende kan sammenlignes Norsk hist. Tidskrift III, hvor jeg i sin Tid har meddelt et Par samtidige Flyveskrifter, Grevefeiden vedkommende, og hvor ligeledes (S. 474) Tyge Krabbe omtales paa en paafaldende Maade.

Christianus Daciae rex, dum regno cum liberis et uxore decessisset anno post MDXXII, adversantibus sibi episcopis ac nobilitate, quod Lutheranus esset, ut vulgus quoque, quod in pessima quaeque principes iniquos facile sequitur ac libenter, a Caesare quaerebat auxilium, cujus soror Elisabetha Christierni conjux erat. At nihil a Caesare subsidii impetravit, qui catholicus est et Lutheri ac Lutheranorum hostis acerrimus. Dum igitur Christiernus infelix et impius exsul per diversa transiret¹⁾, uxor calamitate fracta moritur et filius in Ratisbonensibus comitiis. Vocavere interea nobiles, qui Daciae regno praeerant, Fridericum Holsatiae sive Holsteiniae Ducem ac sibi, contradicentibus popularibus, constituere regem: et quia incolae civitatum Kopenhagae et Elbagenae inprimis Christierno ob perfidiae communionem devoti, illius reditum cupientes, Fridericum regem esse noluerunt, obsidione diutina

¹⁾ In margine: Günzburgi aliquandiu delituisse in schedis Joannis Liebi chartophylacis Boici in chartophylacio servatis legisse me memini.

illum recipere sunt coacti. Quoniam vero non est pax impiis, et Deus ejusmodi populo regem constituit, inter novum regem regnique moderatores nobiles, quorum praecipuus Tukekraba erat, interque vulgum(!) Lutherana insania furentem perniciosam contentio invaluit et exitiale prorsus odium. Tukekraba, faventibus sibi episcopis, quantis potuit viribus insectabatur Lutheranos, qui se verbi Dei evangeliiue falso jactitant vindices. Dum vero dissidium istud in longum trahitur, Christiernus venit in Norvegiam. Missi sunt a gubernatoribus Daciae, qui ipsum promissa securitate, sicut vulgus asserit, vocarent in Daciam, quo inter eum atque Fridericum posset agi de concordia statuenda. Is itaque Christiernus quum venisset, captus, in ducatu Holsteiniae in custodiam traditus a Christiano duce, Friderici pridem regis filio, inter hos tumultus humanis exempti, detinetur. Tunc memoratarum civitatum populus atque senatores Christophorum comitem in Oldenburg et Delmenhorst, Christierni cognatum, evocaverunt, ut eos in errore et Lutherana haeresi tutaretur et Christiernum captivitate liberaret. Sed quoniam inter homines non ejusdem religionis pax vera consistere nequit, inter regni proceres populumque et comitem nulla valuit coalescere concordia, tametsi quaedam foedera inita fuerint.

Transiit deinde hortatu gubernatorum Daciae Christianus Dux Holsatiae in Gothiam, quam Gutland, alii Gottland dicunt, et Lutheranos diversis suppliciis affecit¹⁾. Rex quoque Sueciae, quam vulgus Schweden vocat, Schonam occupavit favore procerum Daciae et oppidum Helmestat cepit, indeque venit in Daciam. Hoc cognito, Daci sese paraverunt ad pugnam, quibus a Lubeca Marcus Meier cum mille quadringentis peditibus, quos Landsknecht appellant, in adjutorium missus est, quibus se et alii sexcenti pedites et equites aliquot conjunxerunt, a comite Christophoro missi. Nobiles igitur Daciae ex oppido Engelholma in Wehe castello convenerunt. Marcus Meier cum peditibus suis in Helsingburg perstitit; alii sexcenti cum equitibus iere in Landeskronam. Nobiles Daciae demum cum Suedis sive Sueciis contra pedites

¹⁾ Som man ser, er Forfatteren her og andetsteds ganske paa Vildspor.

pugnaturi venire ad Helsingburg et primo quidem congressu fortiter resistentibus peditibus nobilitatis ac Suecii retro abire coacti sunt. Tukekraba praeerat arci, quae juxta Helsingburg ipsi castello imminet. His ergo missis nunciis ac nobiles ac Suecios hortatus est, ut redirent ad pugnam, suam illis operam pollicitus. Venerunt, et dum pedites ex adverso constitissent in acie, Tukekraba ab arce machinis, quas bombardas dicimus, illis tam horrifice est adortus, ut deserto ordine in monasterium, quod in castello est, diverterent. Ubi nihil secius Tukekraba in eos tormentorum jactibus ita saeviit, ut mille et centum se potestati nobilium ac Sweciis, quos vulgo Schweden vocant, dedere cogerentur, reliquis neci datis. Januarii vigesima prima die hujus MDXXXVI. anni accidit, quae apud Catholicos est D. Agneti sacra. Et in hoc turbine spectatur Lutheri latronis pessimi opus, dissidia scilicet, pugna, caedes, haeresis, quippe Luther ex patre diabolo est, qui est dissidiorum et scelerum sator, autor haeresum et homicida ab initio.

Daciae vulgus et cives Tukekrabani nobilesque alios et episcopum quendam evulgato quodam scripto insigniter traduxerunt prodicionis, perjurii avaritiaeque diriter accusantes, quae, quoniam ab hostibus et a schismaticis dicta sive scripta sunt, nescio, si fidem mereantur. — — —

Anno Domini MDXXXVII(!). Februario mense inter Christianum Daciae regem Lubicensisque et eorum socios, qui cum vulgo Daciae regi restiterant, pax est composita hac lege, ut ipse Rex Daciae ac Norwegiae regna quiete possideat et Lubicensibus quicquid privilegiorum aut jurium in his regnis eatenus a regibus Joanne, Christierno et Friderico confirmatorum habuerant, id omne rex ratum et firmum inviolatumque sinat confirmetque. Captivi partium utrarumque dimittantur remittaturque, quicquid injuriarum factum esset alterutris. Albertus dux Meckelburgensis et Christophorus comes ab Aldenburg, qui contra regem pro vulgo steterant, si pacem quam bellum mallent, abirent immunes. Pax fuerat oblata Copenhagae civibus, quam quia spreverant, annua ferme fatigati obsidione Julii xxix. die in regis venire potestatem. Rex vero civitate recepta Archiepiscopum Lundensem,

episcopos Roschildensem et Arhausensem captos in arces quasdam tradidit custodiendos. Christiernus etiam, qui rex fuerat, hoc quoque tempore adhuc detinebatur. Illustris dux Fridericus Palatinus Rheni anno priori, MDXXXV. scilicet, Christierni filiam duxerat conjugem atque hoc titulo et favore Caesaris Caroli spem nanciscendi regni Daniae conceperat. Ejus rei gratia et Meckelburgius dux ille Albertus constantiore animo tolerarat Copenhagae obsidionem, sperans fore, ut dux Fridericus Caesaris auxilio regnum obtineret et se liberaret durissima, qua premebatur, obsidione, quippe equos omnes praeter admodum paucos fame adacti absumpserant. Dux quidem Fridericus equitatu coacto ex Novoforo sub idem descenderat tempus Frisiam versus, inde transiturus in Daciam. Verum is ipse coactus ejus effectum non est assecutus.
